

Heinrich Müller   Anton Zwicke

## **Scrutinium Davidicum Quod exhibet Titulum Et Oeconomiam Psalmi Noni**

Rostochi[i]: Richelius, 1652

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn739999044>**


Druck   Freier  Zugang



R U Med (Mil) 1652

Müller, Heinrich / a  
Verf. Zwick, Anton







15.  
SCRUTINIUM <sup>דב</sup> DAVIDICUM  
*Quod exhibet*

TITULUM

ET

OECONOMIAM  
PSALMI NONI,

Consentiente Amplissima Facultate

Philosophica

*In Academia Rostochiensi*

*Publico ac placido Examini subjiciunt*

PRÆSES

M. HENRICUS Müller/

Rostochiensis,

ET

RESPONDENS

ANTONIUS ZWICKIUS,

Lipp. Westph.

In Auditorio Majori ad diem 3. Julii  
horis matutinis.



ROSTOCHI

Typis Johannis Richelii, Senat. Typographi,  
Anno c1o 1sc LII.



SCIENTIA  
PHYSICA  
TITULUS  
OCCURRIT

Universitäts-  
Bibliothek  
Rostock





**T**E capit Isaidis melos, & promissa futuro  
Christiadum in terris mystica turba  
gregi.

Pro qua dum sacro cernes certamine, fiat  
Ut fiet hæc victrix, palma, corona tibi.

*Quod ex animo, populari suo honora-  
tissimo vovet*

*M. Johan. Christoph. Ottonis.*



**U**T nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbor,  
Parturit ingenium, sic quoque **ZWICK**  
tuum.

*Gratulor, ut felix sit partus, fertile semper  
ingenium, ut fructus multiplicare queat!*

*Doctiss. Dn. Ref. Populari suo in x. ap. d. d. d.  
dilecto scr.*

**Joh. Kellerhaus, Lipp. Westph.**  
**S. Theol. & Phil. Stud.**

*Sic*



SIC decet ! assiduus decet impallefcere  
chartis

Assiduâq; Sophûm volvere scripta manu.  
Tu Zvicki id præstas, tantis Deus annuet  
ausis.

Perge, tuis coeptis adfit Jova precor.

*Vovens deproperabat*

*Gerhard. Brüll*  
*Lippia Westph.*



**I**N Cathedrâ certamen inis, onus utile famæ,  
Rectè est ! è Cathedrâ sic tibi surgat honos.

Hæc paucula Præstantis. ac Doctis. Dn̄  
Respondenti, amico ac populari suo  
per dilecto apponere voluit.

*Johannes Langeberndt Lippia Westphalus,*  
*S. S. Theol. & Phil. Stud.*







SCRUTINIUM DAVIDICUM

Quod exhibet

Titulum & Oeconomiam Psalmi Noni

TITULUS PSALMI

למנצח עלמור לבן מזמור לדוד

Respond.  
Antonius  
Zwickius,  
Lipp. West.  
d. 3. Julii.

§. 1.

**T**itulus Psalmi continet quatuor, 1. genus Cantoris s. Musici cui hic Psalmus fuit commendatus in voce למנצח, 2. Argumentum Psalmi, in verbis: עלמור לבן, 3. Genus Cantici in voce מזמור, 4. Auctorem Psalmi ministerialem in nomine לדוד.

§. 2. Vox מנצח notat *præfectum Symphonie fidium*. Ità enim commodissime vertimus vocem מנצח dicentes usurpari eam pro Magistro Symphonie, s. opus melodicum urgente præfecto. Nam מנצח in genere dicitur præfectus, executor operarum 2. Chron. 2, 18. (ubi LXX habent nomen *Præfectus*, quod æquivaler *πρῶτος ἰεροδιδάσκαλος*, rectissime Lutherus, *Auffseher/die das Volk zum Dienst anhielten*) à verbo מצח, quod significat urisit, & impulit alios ad agendum: speciatim est idem, quod coëgit, sinivit, item vicit, eò quod victoria sit qf. finis operis. Hinc est illa translationum diversitas. Nam LXX vocem למנצח vertunt *εἰς τέλος*, in finem, s. perpetuò, eò quod hæc vaticinia in fine, suum essent eventum consecutura, ut Theodoretus in Ps. 17. putat. Hieronymus vocem למנצח reddit, *Victori*. De quibus omnibus plura vide apud *Dn. D. Hoffner. in comment. super Habac. 3, 1.* Scribitur autem למנצח pro להמנצח forma nominibus & participiis in nomina transeuntibus competente.

§. 3. De Verbis לבן עלמור varia sunt DD. sententiæ, vel potius conjectationes, quarum aliquas, easq; potissimas in medi-

A um



um adducemus, non ut eas defendamus, sed tantum ut rationes varie-  
 ratis Interpretationum innotescant. *Alij* vocem על מור putant  
 esse vocabulum artis Musicae; *alij* verò ad objectum s. argumentum  
 Psalmi referunt. Qui putant vocem illam esse Musicae arti propri-  
 am, exponunt vel de instrumento Musico, ברי ששמו עלמור  
 ejus nomen Almuth vel Mut: aut initio alicujus vulgaris Cantici. Et  
 לבן accipiunt pro nomine proprio alicujus cantoris, qui *r. Par. 15. 18.*  
 vocatur בן. *Qvam* sententiam refert *R. Salomon Jarchi*, & refutat e-  
 am *R. AbenEsm*, ex hoc fundamento, כי אין משפט הרשון לאמר  
 ליצחק ליעקב כפתחורין הלמר בשם אדם כי השם נודע:  
*quia non patitur Idiotismus hujus lingua, ut dicamus Lajaakob, La-  
 jizehak, per Patachationem דל Lamed in nomine proprio, quia hoc no-  
 men satis notum est.*

§. 4. *Alij* interpretantur de certo genere Cantus, illumq; can-  
 tum intelligunt de Alto, qui à sono superiore ad Medianum accedit,  
 & sonum habet intermedium inter sonum acutum & inter tenorem.  
 Rationem appellationis inde deducunt, quòd Virgines, quæ Hebrais  
 עלמור dicuntur, hunc sonum, ut & Discantum commodè expri-  
 mant. Sequentem autem vocem לבן exponunt adjective, Nam בן  
 eum præfixo, significat id quod est inter sc. duo, ac per tale Epitheton  
 existimant Altum discerni à Discanto, inter quem & Tenorem Al-  
 tus est intermedius.

§. 5. Qui de Objecto hæc verba exponunt, duorum sunt generum:  
*Alij* vocem על מור divisim legunt, & על h. e. *super*  
 morte, ac putant gratiarum actionem institui ad DEUM, de trucidato  
 Israëlitarum hoste, quem *Hieronymus* putat esse Absolonem Davidis fi-  
 lium, ideoq; sequentem vocem לבן exponit (*filij*) qf. לרבן ita ut  
 sub על lateat הרריע הו He demonstrativum. Chaldeus autem in-  
 telligit de Goliathi morte & sequens vocabulum לבן exponit adje-  
 ctive, רגברני די נפק מביני משריות, *viri, qui inter* i. e. qui  
 inter duo medius est, ex *1. Sam. 17, 4.* ubi Goliath dicitur איש הכנים  
*Vir medietatis*, quia ad duellum quotidiè progrediens medius inter  
 duo castra, Israëlitarum & Philistarorum consistebat. *Alij* denique  
 vocem



vocem לבן putant esse nomen proprium, unius ex ducibus hostium  
Israëlitas affligentium, cujus interneccione pax Judæis sit restituta.

Vid. רש"י

§. 6. Nonnulli autem vocem עלמורתי faciunt unicam di-  
sionem, ut Rabbi Salomon & David Kimchi, nec non Græci & Latina  
versio, & hæc quidem ita reddit, Pro occultis filij, nempe ideò, quia  
עלמורתי est ab ערם abscondidit. Aquila autem vertit νεανιότης  
εἰς ἡλικίαν i. e. juventutis filij. Et hanc interpretationem quoque Luthe-  
rus amplectitur, & per Virginitatem s. adolescentiam, vel; ut LXX  
cum Latino Interprete vertunt, occultæ, intelligit Ecclesiam, quæ est  
illibata virgo propter imputatam Christi innocentiam Apoc. 14, 4. cu-  
jus vita abscondita est cum Christo in DEO Col 3, 3. cujus vita sub mor-  
te, salus sub cruce, gloria sub ignominia laret. Alteram autem vo-  
cem לבן Lutherus bifariam exponit. Nam in comment. super h. Ps. ac-  
cipit de Filio DEI, cujus Sponsa est hæc adolescentula, nempe Eccle-  
sia, ita ut לבן sit qd. לבן Filij illius adolescentula. In Germanica au-  
tem versione vocabulum hoc reddit per pulchrum, von der schönen  
Jugend. Nam לבן Gen. 49, 12. significat album & candidum. Tribu-  
itur autem hoc nominis Ecclesiæ Christi, quia & ipsa est alba, & splen-  
det albicante stola justitiæ Christi, pulchra quæ est ut Luna Cant. 6, 9.  
quæ ab hac ipsa albedine vocatur לבנה.

§. 7. Hæ ferè sunt de nostri Psalmi Titulo sententiæ, in quibus singu-  
lis, si quis ἀνεπισημῶν velit, desiderari aliquid posset, Lutheri quidem  
Germanica versio concinna admodum est, sed regeri tm. potest, aliud  
esse לבן & in statu constructo לבן aliud v. לבן. Ut taceam, quod hujus  
epitheti לבן gen<sup>s</sup> masculinum non conveniat cum substantivi præce-  
dentis עלמורתי genere fæminino. Deinde Chaldaei & Hieronymi  
dividentium vocem על-מורתי in prepositionem על super & מורתי  
morte: Versioni repugnat punctatio. Nam: sub מורתי arguit esse unum  
vocabulum, alioquin, si duæ essent voces, non adderetur Scheva.  
Deinde vox, quæ Hebræis significat mortem est מורתי non מורתי. Præter-  
eà vox לבן non potest notare Goliathum inter duo castra medium, ut  
vult Chaldaeus, nec sonum Altum inter Tenorem & Discantum me-  
dium, ut cum nonnullis Rabbiniis exponit Junius, quia hic est לבן non



verò לבין. Nam præpositio Inter apud Hebræos inter ו & י habet insertum י לבין. Denique eis, qui לבין putant esse nomen proprium, בן 1. Chron. 15, 28. cum præfixo ל & vocem עלמות exponunt de Alto ex eodem c. 15, 20. ubi hæc vox eum Discanto vocatur עלמות quia absconditarum, i. e. virginum vocib<sup>o</sup> uterq<sup>e</sup> sonus optimè exprimitur, iis, inquam, opponi potest diversitas elementorum; Ibi enim fulcrum טל י est Cholem; hic verò fulcitur טל Schurek: item differentia punctorum, cum ibi sub ל sit hic a. :

§. 8. Quod si quis jam quærat, quamnam tandem potissimum censeamus eligendam ex his opinionibus: respondemus, in re obscura & incerta non ad eò sollicitos nos esse oportere, & nodum in scirpo quærare, commodissimam tamen putamus esse explicationem Lutheri in comment. b. Ps. Tom. 3. Witeberg. cum ea argumentum Psalmi concinnè repræsentet, & quidem non tantum partem argumenti, ut Chaldei opinio de unius hostis deletione Psalmum factum esse dicentis, sed totam summam exprimat, & præterea fulciatur accuratissimorum Interpretum, Aquila & Theodotionis auctoritate, nec aliena sit à versione LXX Interpretum, qui pro voce עלמות legerunt quidem עלמות i. e. abscondita sc. res s. mysteria de liberatione Ecclesiæ, sensus tamen eodem recidit. Nam vocabulum לבין q<sup>d</sup> להבן illius filii, antonomastice Lutheri exponit de Filio DEI, cuius Sponsa est juvenula: id eoque vocem עלמות exponimus concretivè & adolescentiam s. juventutem accipimus pro adolescente s. juvenante virgine, sicut fit Ps. 48, 15. ubi David inquit: הוֹדוּ רַחֲמֵנוּ עַל מוֹרֵנוּ DEUS regit nos juventutem i. e. ut Chaldeus interpretatur, בְּיוֹמֵי טַלְיֵי תַנְיָיִם in diebus juventutis nostræ: vel ut melius R. Salomon Jarchi כְּאִדָּם הַמְנַחֵיג אֶת בְּנֵי קָטָן ducit nos sicut hominem adolescentem. Denique subintelligenda est præpositio עַל i. e. super, vel, de, eaq<sup>ue</sup> ellipsis restituitur ex Ps. 46, 1. qui ferè eundem habet titulum, & antè vocem עלמות præpositionem istam exprimit, licet ibi paulò diversa sit vocis ratio. Hæc de argumento Psalmi.

§. 9. Sequitur genus Cantici in voce מוֹמָזוּר, quæ notat Psalmum in specie sic dictum, qui Instrumentis Musicis psallitur, & distinguitur ab aliis speciebus, quæ sunt שִׁיר hymnus voce canendus, שִׁיר שִׁיר canticum Psalmus, vel מוֹמָזוּר שִׁיר Psalmus Canticum, quando melos



melos organicum vocali conjungitur, ita ut vel vocalis Musica incipiat, & postea organica concinat, vel incipiat organica & *אֲנִי־וְאֵלֹהִים* fit vocalis Musica. Si ipsam vocem *וְאֵלֹהִים* exaltius pensitamus, notat ea tale Canticum, quod eleganter qf. concisum est, relectis omnibus incongruis *אֲנִי־וְאֵלֹהִים* quod in Piel est frequenter, concinnè, omniq; studio adhibito partim corde interius, partim lingua & instrumentis exterius cantare, relectis omnib; ineptiarum ac dissonantiarum redundantibus. Significatur ergò voce hæc genus scripti & quod sit carmen ac Psalmus non in prosa & soluta, sed ligata oratione conscriptus. Videatur *Gynaldus* Tom. 2. Oper. in Hist. Poetar. Latinor. & Græcor. dial. 2. fol. 44. *Franciscus Gomara* in scripto, quod vocat Davidis Lyram f. Artem Ebraeam Poeticam. Conf. *Agellius* in comment. super Procem. Ps. f. 5. *Gesnerus* in Meditat. Psalterii c. 25. *Possevinus* in Bibliothec. l. 2. c. 67 fol. 101.

§ 10. Auctor ministerialis hujus Psalmi indigetatur nobis per vocem *וְאֵלֹהִים*. Ad quam inscriptionem in genere notamus, indifferenter poni hæc verba ut modo *וְאֵלֹהִים*, sicut *b. l. & Ps. 3.* modo *וְאֵלֹהִים*, ut *Ps. 110.* præponatur. Unde frustra *Rabbini* in hoc combinationis discrimine aliquam quærent emphasin, quam *Kimchi* in præfat. super Ps. his profert verbis: *Si dicitur וְאֵלֹהִים וְאֵלֹהִים significatur, quod Sp. S. super eum, sc. Davidem, venerit, & postea demum Psalmum dixerit: Sin verò וְאֵלֹהִים וְאֵלֹהִים indicium est, quod dixerit Psalmum, & postea resederit super eo Sp. S.* Verius est illud, quod *R. A. E.* in præfat. super Ps. judicavit, omnem Psalmum cui in frontispicio nomen Davidis est inscriptum, esse verè Davidis, licet ipse sibi ipsi minimè constet, sicut videri est ex comm. in *Ps. 110.* Nos adducimus illud Syrorum Testimonium, quorum de Authore Psalmorum sententiam describit *Sion. Præf. in Ps. Syriac* his verbis: *Non omnes Psalmi 150 sunt Davidis, sed aliorum Cantorum, quos ipse David elegerat de Tribu Levi 288: Quorum Principes erant 4 Asaph, Eman, Ethan, Idithan. Cumq; dicitur, Psalmus filiorum Coreb, Asaph & Ethan intelliges. Cum verò dicitur Le David, ipse David est Psalmographus &c.* Manet ergò Authorem hujus Psalmi esse Davidem, idq; subindigitatur particula *וְ*, quæ hic non Dativi, sed Genitivi casus nota est & notat *וְאֵלֹהִים וְאֵלֹהִים* Subjunctum cuius sc. fit hic Psalmus, i. e. Davidem. De quâ particula plura vide apud *Glassium* l. 4. Philol. sacr. p. 635. Hæc de Titulo.

A 3

OECO.



OECONOMIA PSALMI melioris ordinis ergo in Tabula delineata,

Eucharistica d. v. 2 ad 14. excl. cujus membra sunt	1.	{ 1. Davidis intentionem, quæ est celebrare DEUM. 2. Modum perficiendi rem intentam. 3. Objectum. 4. Argumentum rei intentæ.	{ 1. Fuga hostium. 2. Casus & impotentia eorum. 3. Exitium eorum, temporarium cum æternū. v. 4.
	2.	{ Specialium, quæ sunt Narratio beneficiorum DEI, tum	{ 2. Assertio innocentie Davidis, quam prædicat { 1. à singulari DEI providentia. 2. ab autoritate iudicii divini v. 5.
	1. Repressio & oppressio hostium, cuius operatio notantur	{ 1. Objectum, quod sunt. 2. Gradus qui sunt 3. Illustratio per affectuosam <i>Improbos</i> v. 7. 4. Causa efficiens	{ 1. Gentes. 2. Improbus v. 6. 3. Inimicus v. 7. 1. Cohibitio 2. Perditio 3. Delectio nominis v. 6. 1. à iudice, qui est DEUS. 2. ab officio iudicii, quod est quæ describitur
	generalium & totius Ecclesie communium quæ sunt	{ 1. à causa efficiente, quæ est 2. ab objecto, quod est pauper & afflictus 3. à forma, in voce <i>DAUD</i> 4. à circumstantia temporis quæ est	{ 1. disponere ad iudiciū thronū v. 8. 1. Objectū sunt orbis & populi cuius 2. norma est iustitia & rectitudo v. 9.
	& liberatio piorum ex periculis, quæ	{ 1. à causa efficiente, quæ est 2. ab objecto, quod est pauper & afflictus 3. à forma, in voce <i>DAUD</i> 4. à circumstantia temporis quæ est	{ 1. à causa efficiente, quæ est 2. ab objecto, quod est pauper & afflictus 3. à forma, in voce <i>DAUD</i> 4. à circumstantia temporis quæ est
		{ 1. à causa efficiente, quæ est 2. ab objecto, quod est pauper & afflictus 3. à forma, in voce <i>DAUD</i> 4. à circumstantia temporis quæ est	{ 1. à causa efficiente, quæ est 2. ab objecto, quod est pauper & afflictus 3. à forma, in voce <i>DAUD</i> 4. à circumstantia temporis quæ est
		{ 1. à causa efficiente, quæ est 2. ab objecto, quod est pauper & afflictus 3. à forma, in voce <i>DAUD</i> 4. à circumstantia temporis quæ est	{ 1. à causa efficiente, quæ est 2. ab objecto, quod est pauper & afflictus 3. à forma, in voce <i>DAUD</i> 4. à circumstantia temporis quæ est
		{ 1. à causa efficiente, quæ est 2. ab objecto, quod est pauper & afflictus 3. à forma, in voce <i>DAUD</i> 4. à circumstantia temporis quæ est	{ 1. à causa efficiente, quæ est 2. ab objecto, quod est pauper & afflictus 3. à forma, in voce <i>DAUD</i> 4. à circumstantia temporis quæ est
		{ 1. à causa efficiente, quæ est 2. ab objecto, quod est pauper & afflictus 3. à forma, in voce <i>DAUD</i> 4. à circumstantia temporis quæ est	{ 1. à causa efficiente, quæ est 2. ab objecto, quod est pauper & afflictus 3. à forma, in voce <i>DAUD</i> 4. à circumstantia temporis quæ est
		{ 1. à causa efficiente, quæ est 2. ab objecto, quod est pauper & afflictus 3. à forma, in voce <i>DAUD</i> 4. à circumstantia temporis quæ est	{ 1. à causa efficiente, quæ est 2. ab objecto, quod est pauper & afflictus 3. à forma, in voce <i>DAUD</i> 4. à circumstantia temporis quæ est



Psalmus dispicitur in duas partes, quarum altera est

describit  
& ampli-  
ficat Psal-  
tes

f. A  
fructu.  
Ubi

1. declarantur con-  
ditiones clientium  
DEI quæ sunt  
2. ostenditur fructus  
qui est incrementum  
fiducie piorum, cuius  
nominatur

1. Vera noticia DEI.  
2. ardens & serium  
studium DEUM  
quærendi.  
1. Objectum, quod  
est.  
2. Causa efficiens  
in verbis ד & c.  
v. 11.

In conclusio, quæ continet

1. Invitationem ad  
celebrandum DE-  
UM, cuius celebra-  
tionis

1. Subjectum implicitum & ex antece-  
dentibus eruendum sunt omnes vere pii.  
2. Prædicatum est  
3. Objectum, illius quidem Dominus  
gratosè præfens in Ecclesia; hujus  
verò sunt facinora DEI v. 12.

1. Psallitio  
(2. annunciatio)

2. Invitationis rationem  
inclusam in stricta repeti-  
tione beneficiorum antè  
commemoratorum, quæ  
sunt

1. requisitio sanguinis piorum  
2. Piorum  
3. quos de-  
scribit

1. ab adjuncta man-  
suetudine & mo-  
destia.  
2. à precibus seriis  
v. 13.

1. Propo-  
sitione in

1. gratiam divinam.  
2. liberationem ex  
imminente afflic-  
tione, cuius affli-  
ctionis

forma est in voce  
עני  
causa efficiens  
sunt inimici

1. *וְיִשְׁמַע*  
זכרון in  
persona  
Davidis:

altera  
Precato-  
ria  
cujus  
mem-  
bra  
sunt  
duo

& constat  
2. Pro-  
positio-  
nis æti-  
ologia,  
quæ de-  
sumi-  
tur

1. ab omnipoten-  
tia DEI, qui potest  
exaltare, cuius  
exaltationis.  
2. à  
causa  
finali  
quæ  
du-  
plex

forma est in verbo  
מרום  
Terminus à quo sunt  
portæ mortis v. 14.  
1. enarratio  
2. Publica, in por-  
tis Sion.  
forma in verbo  
היה  
efficiens & objectum

וְיִשְׁמַע וְיִשְׁמַע וְיִשְׁמַע




<p>1. Precationem qf. narrat, ejusq; rationes petit</p>	<p>1. ab eventu præterito, s. à facultate DEI in puniendis hostibus, qvam antea sæpè ostendit. Ubi notatur</p>	<p>1. Ipsa punitio, qvæ gemina 2. Punitio nis causa meritoria qvæ duplex</p>	<p>1. demersio in foveâ abscondito 2. captura in reti 1. hostium violentia in fodenda fovea 2. hostium asto in occultando laqueo v. 15.</p>
<p>2. Precationem proponit, cuj propositionis membrum</p>	<p>3. ab eventu futuro hostes Ecclesiæ mäsuro, cujus ponitur</p>	<p>1. forma, s. modus, qui est retro actio in infernum 2. Objectum qvod sunt scribuntur</p>	<p>1. ab universalitate 2. ab ingenio &amp; moribus v. 18.</p>
<p>2. Precationem proponit, cuj propositionis membrum</p>	<p>1. est sollicitativum celeris auxilii divini 2. est deprecatorium prævalentis potetia hostilis 3. imprecatorium judicii divini in hostes additâ judicii qvalitate 4. Petitorium coërcitionis divinae in hostes ejusq; annexâ ætiologia, in verbis:</p>	<p>1. à conditione fortunæ 2. ab adjuncta mansuetudine v. 20.</p>	<p>1. à conditione fortunæ 2. ab adjuncta mansuetudine v. 21.</p>

2. פֶּ-  
לֹאֵן,  
in per-  
sona  
Eccle-  
siae  
qvæ











Psalms dispescitur in duas partes, quarum altera est

describit  
& ampli-  
ficat Psal-  
tes

s. A  
fru-  
ctu.  
Ubi

1. declarant  
ditiones cli-  
DEI quæ su-  
2. ostendit  
qui est incre-  
fiduciæ pio-  
nominatur

Inconclusio, quæ continet

1. Invitationem ad  
celebrandum DE-  
UM, cujus celebra-  
tionis

1. Subjectu  
dentib⁹ er-  
2. Prædica  
3. Objecta  
gratiosè p-  
verò sunt

2. Invitationis rationem  
inclusam in stricta repeti-  
tione beneficiorum antè  
commemoratorum, quæ  
sunt

1. Propo-  
sitione in  
quæ petit  
David


1. gratiam  
2. liberatio-  
ne, in imminente  
one, cujus  
tionis

altera  
Precat-  
oria  
cujus  
mem-  
bra  
sunt  
duo

1. in  
persona  
Davidis:  
& constat

1. ab omnipot-  
tia DEI, qui pot-  
exaltare, cu-  
exaltationis.  
2. à  
causa  
finali  
quæ de-  
sumi-  
tur

1. en-  
benefi-  
DEI, q-  
bet eff-  
2. exul-  
jus po-



the scale towards document

a notitia DEI.  
ens & serium  
m DEUM  
ndi.  
jectum, quod  
lausa efficiens  
erbis D &c.  
v. 11.  
& ex antece-  
nes verè pii.  
litio  
m Dominus  
lestias; hujus  
v. 12.  
inis piorum  
juncta man-  
line & mo-  
lestia.  
ecibus seriis  
v. 13.  
est in voce  
עני  
efficiens  
inimici  
in verbo  
מרי  
à quo sunt  
ortis v. 14.  
ersalis כ  
rica, in por-  
Sion  
a in verbo  
ירי  
es & objecta  
ירי וישו.